



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

IV. Die Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

P. ROBERTVS
SOUTHVELLUS.

Anglus
Londini. 3.
Mart. 1595

Vocatio.

Oratio.

Patientia.

Fides.

Oratio.

Societatem idcirco desiderabat, ut
in ea tres, ut ipse aiebat, Virginis,
Doctoris, Martyris laureolas conse-
queretur; eapropter desiderio magno
Indias quoque complexus: Candidè
aliquando affirmavit, nihil se à Deo
votis irritis perijisse. In Anglia per sex
annos in Evangelij laboribus, per tres
alios in carceris ærumnis vixit, vtri-
que Apostolus; & calamo, comitate,
linguâ, virtute amabilis. Obstupere
hæretici eius in diris tormentis tam
forte silentium, cum tentus fuisset,
quia Sacerdos Catholicus. Plus quàm
decimò equuleum sustinuit, serenus
tamen semper ac sibi constans. Vnde
à custodia Præfecto Sancti nomen
tulit. Solemne illi fuit dicere: *Deus*

meus, & omnia! Deus se tibi: tu te Deo.
Particularis examinis nunquam obli-
uisceretur, punctis æuoratis; & alijs
quoque arte illud exequendi scitè in-
structis. Mortis acceptâ sententiâ,
cum suam pro illo iuuando operam
offerrent concionales ministri hære-
tici, detrectavit; & lætus ad mortem
raptatus est, cum Christum allocutus
diceret se honore tanto esse indignum,
Iam moriturum, interpellabat adhuc
hæreticus clamator, seu minister; at
Robertus nullo eum alio verbo digna-
tus est, quàm se *Catholicum moriturum.*
Posteaquam suspensus, deiectus, &
carnificatus est, aiunt illius cor sub-
sultare visum inter manus carnificis,
è pectore iam euulsum. Quàm dira
tormenta sit perpessus, vel ex eo con-
ijci potest, quòd, ob inhumanam il-
lam sauciam, Toplisus quæstionibus
tormentisque illis præfectus, in custo-
diam sit coniectus.

Examen
partie.

Fides.

Cor.

IV. DIE MARTII.

P. EMMANVEL
MIONA.

Luitanus
Romæ. 4.
Mart. 1567.

Oratio.

Vita serm.

S. P. Ignatio Compluti literis ope-
ram nauanti à sacris cõfessionibus
fuerat Miona, eundemque iuua-
bat Parisijs cum socios ad illum pel-
liceret, donec tandem commendatis
sibi per epistolam ab Ignatio exercitijs
diligenter vsus, ipse quoque ad Socie-
tatem accessit. Tres quatuorue tan-
tùm noctis horas dabat somno, licet
iam ætate extremâ, reliquum diuino
Sacerdotum officio, & DEIPARÆ
cultui destinabat. Alijs à somno sur-
gentibus ad Templum concedebat,
ibique altaria singula circumuisens
prolixè orabat ad singula; tum in

odeum se conferebat, ibi diu in silen-
tio mentali orationi vacans. Deinde
Sacramento pœnitentiæ quotidie ex-
piatus diuino sacrificio priuatim ope-
rabatur per horas duas; postea tamen
vnâ cõtentus. Inde ex Odae sacrificijs
omnibus aderat vsq; dum ad postero-
rè mensam ære campano euocatus iret
more suo ad parce prandendum. Post
prandium se ad cubiculum recipiens,
inambulabat, diuini officij partè reli-
quam, ac mox DEIPARÆ officium
executus. Quo in cultu Virginis die
toto reliquo multus fuit. Eximia, in-
quit Sachinus, erga clementissimam
Cæli Reginam pietatis fructum cum
alias tum egregium extremo percepit
tempore. Aliquot ante migrationem
diebus cum in eius cubiculo causâ nul-

B. V.

Q. la.

la odoris, neque ab morbo, neque ab fenecture hominis, neque à ministro- rum cura esset, adedò tamen ex ipso- met decumbente suavis afflatus odor dicitur vt vehementer qui aderant mirarentur. Relictam ab Virgine fere- bant eam suauitatem, quæ clientem suum benignè inuississet. Idem cum agens animam oculos in Cælum præ- ter solitum intendisset, quærenti quid hoc sibi veller, respondit; se DEIPA- RAM intueri.

P. HIERONYMVS
OTTELLVS.

Jealus Mes-
sanæ 4. Mar.

Concionat.

Humilitat.

IOannis Polanci, & Andreae Frusij Patavij studentium virtute permo- tus ad Societatem accessit, ab Ignatio anno 1541. admissus, & in Siciliam Româ missus; vbi elogium illud im- pleuit, *Domini agnus, in pulpito Leo*. Ec- clesiastæ munus, non corporis quæ in illo nulla erat, maiestare, nec elegan- tiæ fucata vanitate implevit; voce fractâ, sed vi dicendi robustâ, & soli- dâ, vt sæpè de pulpito reducem ex- ceperit vox fletuum, suspirantium, atque dicentium: *nunquam sic locutus est homo*: cum tamen in illo nullæ hu- manæ dotes elucerent. Florentiæ quo- que Romæ, & Messanæ in Sicilia ita dixit, vt cordium Dominus videretur. Vnde illi *Domini* nomen adhæsit. Quantocunq̃ue inter concionandum sæpè labore fessus, & à superioribus rogatus, nunquam socioperam ad- misit à quo in cubiculo iuaretur: quin se ministro sæpius offerebat ad culinæ officia, & quicquid ex vsu est, familiare illi aquam, & ligna pro culina humeris baiulare, ac ad infima quæque sese demittere; moneri liben- ter, orare assiduè, atque vt plus otij ad id haberet, dimidiam noctis par-

tem orandi studio dare: hæ illi erant artes ad virtutem seriam animum eru- diendi. Etiam diuina illum pati firma fuit opinio. Messanæ tyrociniij par- tem, quam dæmones infestam habe- bant, adiit & dixit: quid vobis hic negotij est fœdæ bestię, faceffire, pessimi Spiritus. Abiêre, neque istic tumultuatum quicquam deinceps est. Nec tamen immunis fuit ipse à plagis quibus illum dæmones pessimè acce- père. Romæ iuxta, & in Sicilia San- ctimonix famam, & nomen vulgo habuit.

Oratio.

Damoni.

P. BENEDICTVS
HERBESTVS.

EPosnaniensi eoque magnæ autho- ritatis Canonico, & Conciona- tore, Societatis IESV Tyro factus Ro- mæ anno 1571. Elisabetheram Radrui- liam Principem fæminam Caluini- nam primum, deinde Arianam, deni- que Hebræam, ac sciolam, fidei Or- thodoxæ adiunxit; Missionum vbique per Poloniam exercendarum Magi- ster, & exemplar ac plurimarum de hæreticis palmarum vir; passimque dictus Apostolus. Vt orationi vacaret prolixius; duabus ante alios horis è lectulo surgebat. Aeger, post diuina Sacramenta percepta, orandi otium petiuit, eoque solus sibi relictus est, cum valetudinarij curatorem rogaf- set, vt non nisi post horæ intervallum ad se reuenteret. Reuersus ille P. Benedictum in medio conclauis fle- xis genibus inclinatum, & mortuum reperit, libro penes iacente ex quo orauerat.

Roxolanus
Jaroslauiz.
4. Mar. 1599
Soc. 22.

Oratio.

Heræ.

Mort.

P. IOAN-

P. IOANNES P. VINCENTIVS
BONIFACIVS. MAGGIVS.

Hispanus
Vill. gartiz.
4. Mar. 1606

Cum altiora posset, erudiendis
pueris ipsos quinquaginta annos
mirabili accuratone, ac pietate impendit; multis ex eius disciplina ad
religiosam disciplinam profectis. Iam
per 25. annos Grammaticam docue-
rat, cum eius germanus e Domini-
cana familia Prouincialis Concionator, Do-
ctor, Ioannem inuisens, obstupuit
quod illum non e Theologico subse-
lio docentem repererit, dixitque: aliud
se a suo fratre expectasse, in quo etas,
ingenium, doctrina eximia sic abie-
cta, signa essent vel offensa ab illo
Societatis, vel illata illi a Societate
iniuria. Respondit Ioannes sibi a So-
cietate, & sacra, & literaria subse-
llia oblata altiora, sed p̄ humili Gram-
matica puluere omnia se detrectasse,
maioris comparanda virtutis ergo.
Tum in Conclui Catalogum illi o-
stendit eorum qui e sua disciplina in
lucem prodierant Episcopi, alijsque
infulis clari, & viri ad Rempublicam
gubernandam perfecti. Scripsit Hi-
storiam Virginalem, vbi quis erga
DEIPARAM fuerit elucet. Supremam
senectae suae, nunquam otiosa palae-
stram impetrauit Villagartiansem
Probationis domum, nihil de con-
suetis corporis afflictionibus, nihil
de alijs tyronum exercitationibus
remittens, vsque ad mortem hu-
millimus diuinæ Virginis Matris
cliens.

Humilis

B.V.

B.V.

Magnæ humilitatis, & conscien-
tiarum tractandarum peritiæ, ac
suauitatis vir erat Vincentius; eoque
miris, & raris modis summorum quo-
rumuis animos occupabat, vt ad con-
fessiones illorum accipiendas accerfer-
retur, quicquid se literaturæ altioris
rudem, & coadiutorem spiritualem
non verò professum esse, nec deesse
Patres doctrinâ, & alijs dotibus ad id
longè magis idoneos, dicitaret. Bisi-
nianæ Principi erat a confessionibus,
magni ab illa habitus; vnde ab illa in
Societatem, alibi fundatam, alibi do-
tatam, instructam, adiutam luculenta
fuere beneficia. Aiunt illum Tarenti-
num Archiepiscopatum sibi oblatum
constanter detrectasse. Laudes suas
ad eò inuitus audiebat, vt laudatus in
in lacrymas aliquando eruperit; ego
aiebat, *Ego asinus, vnum sumus.* San-
ctissima illa IESV, MARIA, IOSEPHI
nomina illi erant alimentum assidua
pietatis. Quicquid ferendum erat,
pro fortitudinis columna habuit, ver-
ba illa magno sensu pronuntiata: *Ad
Dei gloriam.* Falsi sunt piscatores, nil
se piscium capere potuisse; verum ius-
tos a P. Vincenrio Româ Neapolim
iter faciente retia in IESV MARIA,
IOSEPHI nomine explicuisse, mag-
namque viam piscium extraxisse. A-
lias, isque vir nobilis, persanctè re-
status est, P. Vincentium sacris ope-
rantem a se ad aras a terra sublimem
fuisse conspectum.

Italus Ma-
ix. 4. Mar.
1642.
xtar. 84.
Soz. 66.

Humilis

Intensio

IESVS MA-
RIA IO-
SEPH.

Sacrum

P. M A T T H Æ V S
C V B E R V S.

Marchius
Valcz. 4.
Mar. 1946.

B. V.

Hic etiam humilitate, ac laboribus exantlatis gradum spiritualium Coadiutorum ornauit. Hunc iam olim puerum ægrum, Beatissima Dei Mater inuisit in somno, & hisce illum

verbis solata est; Conualesces, filii per te multa bona operabitur filius meus. Societati adiunctus, præter alios plurimos, Patrem, & germanos duos Orthodoxæ veritati adduxit. Virginitate perpetuâ, & propensâ semper pietate DEIPARAM coluit, ac eo quem prædixerat die ad immortalium confortionem discessit.

Virginia.

V. DIE MARTII.

P. P E T R V S
A L O Y S I V S.

5. Mar. Malatiz in Pifario litore 1596.

De hoc de ea quæ in annis illo per scripta sunt. P. Petrus Aloysius natione Malabares è Brachmanorum genere, venerat ad fidem puer, educatusque in Collegio S. Pauli. Eâ fuit indole, ingenioque ut ad studia admitteretur; percurritque suum cursum ad finem vsq; Theologiz, sanè feliciter; sed non minus ad studia pietatis progressus est. Quippe tanto Deo sese diuinciendi studio fuit incensus, ut spretâ familiæ nobilitate, cuius Princeps hæres esset, ad Societatem se adiungere præoptarit, in qua tanto virtutum exemplo vixit, ut mirum non sit singularia in ipsum collata beneficia esse diuinitus. Quippe factus Sacerdos, missus ad huius oræ iuuandos incolas, vehementer exemplo vitæ & doctrinâ Christianam rem promouit. Martyrij coronâ donatus non est, sed neque illi defuisse constantiam ad mortem oppetendam, nec martyrij merito cum defraudare voluisse diuinum numen, euentâ declararunt. Nam cum Patribus ijs qui montanos tractus incolunt aliquando opem ferret, vehementiusque diuinam legem prædicaret, coorti in eum

Videri.

ethnici aliqui lanceis confoderunt, letaliaque vulnera permulta illi imposuerunt, quæ ille omnia complicitis genibus, sublatisque in Cælum manibus libens excepit. Deum suppliciter orans, ut tenuè illud suæ vitæ Sacrificium benignus exciperet. Sed nimirum ea palma non promeritis, ne viris quidem sanctissimis, sed occulto cælestis arbitri iudicio datus, admittiturque. Perfunctus illo certamine, duodecim, tredecimue, horum Christianorum commodo superuixit annos. Eum tandem ad Cælestia præmia, cælestis Pater euocauit, cum annum quintum & trigésimum in Societate exegisset.

P. D E S I D E R I V S
C O L I N V S.

Fuit hic vir sui contemptione, ac prolixâ in leges nostras religione, tū SS. Sacramenti, & Dei Matris cultu peregregius. Cum diuinis operaretur ad preces ad SS. Sacramentum vel DEIPARAM exoluerit, fluebant ille faciles, ac frequētes ex oculis lacrymæ ab infāmato animi sensu profectæ. Suprema illius inualerudo phrenesis erat, quæ illum de statu mentis deiecerat. Sed si Dei Matris nomen audiret veluti reserata

Galles An-
cij. 5. Mar.
1509.
xrat. 40.
Soc. 10.

B. V.

seram